

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Andreae Alciati Emblemata**

**Alciati, Andrea**

**Patavii, 1661**

In illaudata laudantes. Emblema CXXIV.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

runt. Vide plura apud Quercetanus Dix-  
ter. Polyhist. Sect. 1. c. 8. Vt hæc missa fa-  
ciam, succurrit illud apud Ovidium Pene-  
lopes ad Vlysem :

*Quando ego non timui grauiora pericula  
veris ?*

& deinceps :

*In te fugebam violentos Troas ituros :*

*Nomine iu Hectoreo pallida semper erã .  
Idem in epistola Laodamiã pulchrẽ affe-  
ctum timoris exprimit :*

*Nos sumus incerta : nos anxius omnia co-  
git ,*

*Qua possunt fieri, facta putare timor .  
Omnia sanè mala plus terrere solent eos ,*

*Timoris  
effectus .*

qui ipsa futura expectant, quàm vbi iam  
acciderint molestare. Metus enim tam im-  
probus est, vt multi rem, quam metuunt,  
ipsimet anticipet. Vt qui in naui tempesta-  
te periclitantur, non expectata submersio-  
ne nauis, manus sibi prius inferit. Quem-  
admodum aues (inquit Seneca epist. 75.)  
inanis fundæ sonus territat: ita nos non ad  
actum tantum excitamur, sed ad strepitum  
inter suspecta malè viuicir. Infirmus ani-  
mus antequam malis opprimatur, queri-  
tur; præsumit illa, & ante tempus cadit.  
Quid autem dementius, quàm angi futu-  
ris, nec se tormèto reseruare, sed accesse-  
re sibi miserias ?

In Illaudata laudantes .

EMBLEMA CXXIV.



**I**NGENTES Galatum semiermi milite turmas,  
Spem præter, trepidus fuderat Antiochus :

Lucanum

Lucarum cum saeva boum vis, ira, proboscis,  
 Tum primum hostiles corripuisset equos.  
 Ergo trophæa locans Elephantis imagine pinxit;  
 Insuper & socijs, Occideramus, ait,  
 Bellua seruasset ni nos fœdissima baruus:  
 Vt superasse inuat, sic superasse pudet.

## COMMENTARI I.

I. IN truncis arborum ramis trophæum  
 suspensum pingitur, id est, spolia ex ho-  
 ste reportata, & varia arma bellica; iuxta  
 quæ elephas, immane illud animal, appin-  
 gitur. Trophæum pulchrè describit Vir-  
 gilius in principio II. Æneid. quem locum  
 mox adducemus.

II. Ex duplici fonte Emblemata hæc hau-  
 stum esse deprehendo: Primò ex historia,  
 quæ habetur apud Clearchum Solensem,

quidè varia historia non minus eleganter  
 quàm eruditè scripsit, cuius hæc sunt ver-  
 ba, lib. I. c. 29. Antiochus Syriae rex, cum  
 Galatas expugnare statuisset, copiosum e-  
 xercitum collegit, tam ex milicibus, quàm  
 elephantibus quibus tum temporis in bel-  
 lis periculosis utebantur. Galatæ ubi pri-  
 mum hostes semiatarmatos conspexere, vi-  
 ctoriam sperantes, non dubitarunt cum  
 Antiocho congredi. Inito certamine ferè  
 actum esset de Antiocho, nisi dè repente  
 elephantium, quos secum solitus erat in præ-  
 lium proferte, hostium Galatarum equos  
 corripuissent, ac in fugam vertissent; quo  
 insperato auxilio Antiochus Galatas pro-  
 fligauit ac penitus subegit. Quare cum de  
 more trophæum, id est, victoriæ signa loca-  
 ret, elephantis pinxit imaginem, elephanti-  
 bus potius quàm sibi victoriam tribuens.  
 Hæc ille. Sed eandem historiam fassus &  
 elegantius narrat Lucianus in Apologia  
 quadam, quæ inscribitur Zeuxis, siue An-  
 tiochus, eius verba hæc sunt: Cum non  
 ignoraret Antiochus Soter, & corporis vi-  
 ribus, & audacia Galatas esse præditos, in-  
 usitatamque illorum multitudinem videret,  
 tum phalangem fortiter coniunctam,  
 à tergo verò aneis thoracibus indutos bel-  
 lantes, præterea in profundum semper ar-  
 matos viginti quatuor ordinatos: in vtrum  
 que autem cornu equitarum, qui viginti  
 millibus equitum constabat, disperitum  
 esse: porro è medio octoginta currus falca-

Antiochi  
 strage-  
 ma in Ga-  
 latis, ex  
 Luciano.

tos erupturos, ac cum illis bigas bis toti-  
 dem. Hæc, inquam, cum videret, spem val-  
 de malam animo concipiebat potiùdè vi-  
 ctoria, tàmquam si cum inuictis esset agen-  
 dum. Siquidè ipse modicè instructo exer-  
 citu, neq; amplius, neq; pro belli dignitate  
 & apparatu, aut magnitudine, sanè per quæ  
 paucis comitatus adtulerat, ac illos quidè  
 vt plurimum scutatos & nudos. Itaque  
 iam de petendo fœdere, ferendisque pacis  
 conditionibus, & bello conuenientissimè  
 componèdo secum agebat. Atqui Theodo-  
 tas Rhodius, vir excelis & generosi animi,  
 instruendæ aciei non imperitus, cum præ-  
 sto esset, regem perturbato animo esse nõ  
 sinebat. Erant Antiocho vndecim in exer-  
 citu elephantibus hos Theodotas iussit inte-  
 rea haberi quàm occultissimos, ne ex acie  
 apparentes conspici fierent hostibus. Vbi  
 verò tuba signum dedit, & manus confe-  
 rendæ forèt, ac hostium equitatus impres-  
 sionem faceret, & Galatæ aperta phalange  
 currus inmitterent, tunc vnà cum qua-  
 tuor elephantibus vtrinque; equitibus esse oc-  
 currendum docebat; octo autem reliquos  
 aurigis & curribus esse immitendos. Hoc  
 enim factò, inquit, illorum equi per terre-  
 buntur, ac retrò fugientes in ipsos Gala-  
 tas illapsi imperum faciēt. Nec opinionem  
 eius rei prædictæ euentus fœellit. Cùm e-  
 nim antea nullum elephantum vidissent,  
 cum ipsi Galatæ, tùm equi corum adeò no-  
 uo & inopinato elephantorum spectaculo  
 animis consternati sunt, vt longè adhuc à  
 bellis constituti, posteaquam solum ru-  
 gientes audissent, dètesque candore relu-  
 centes vidissent, veluti ex toto nigro cor-  
 pore, tum etiam proboscides ad prædam  
 & direptionem faciendam sublatas, prius  
 quam ab arcibus tela extorsissent, veris  
 retrò habenis, nulloq; seruato ordine au-  
 fugerunt. Sed enim pedites aliquantisper  
 alterna eade semet hastis cõtodiētes, con-

Ll 3 culca



rūt. Quæ verba repetit Modestus in libello De vocabulis rei militaris. Critolaus autem in 3. rerum Epiroticarum ait, Paulum Æmilium ex victoria, quam contra Pyrrhum Epirotarum regem est consecutus, centum sexaginta turres gestant elephantos Romam misisse. Lucretius lib. 5.

*Inde boues Luca turrito corpore tetros  
Anguimanos belli docuerunt vulnere Pœni  
Sufferre, & magnas Martis turbare cater-  
Silius Italicus lib. 9.*

*Nam prouocatus equo moderantem cuspi-  
Lucas  
Maurum in bella boues stimulis maioribus  
ire.*

*Ac rapare iubet Libycarum armenta fer-  
rarum.*

Cur ita  
dicantur.

Cur verò Luca bos, dicatur elephas, duobus modis inuenio scriptum: nam in Caij Ælij commentario erat, à Libycis Lucas; & in Verginij comment. à Lucanis Lucas, ab eo quod maximam quadrupedem, quâ ipsi haberent, vocarent bouem, & cum in Lucanis Pyrrhi bello primùm vidissent apud hostes elephatos, identidem quadrupedes cornutas (nam quos dætes multi dicunt, cornua sunt, vt probat ex Pausania Cœl. Rhodigin. lib. 13. cap. 18.) Lucas boues appellasse. Sed si à Libya dictæ sunt Lucæ, phantheræ & leones nō Africanæ bestiæ dicerentur, sed Lucæ: si ab Lucanis dictæ, vti cur potius Lucani, quàm Luci dicti? Quare ego potius Lucas ab luce dictas reor, quod longè relucebant, propter inauratos regio clypeos, quibus eorum tū ornatae erant turres vide Prou. Prius locusta Lucam bouem pariet. Vbi dicitur, antiquos Lucas appellasse boues ob magnitudinem; quæ antiquitas non probatur Sanctio. Et in adagio, *Latinum verbum*, habetur, Latinos veteres Lucam dixisse pro grandi. Est enim elephas seu elephantus (nam vtrumq; dicitur) animal horrendum, quadrupedum maximum, terrorem hominibus & trepidationem incutiens, maximè non assuetis. Aiunt Plutoni factū esse hoc animal. De illius natura & docilitate inter ceteros habetur festiua Iusti Lipsij epistola, quam vide. Porrò Lucani (vt & hoc obiter notem) populi sunt inrer Calabros & Apulos sitis; quos à Samnitium duce Lucio ortos, Sempronius tradit in libello De diuisione Italiae.

*Sana vis] immanitas, ferocia.*

Elephas.

Lucani  
qui.

*Ira] summus impetus. Editio Rouiliana habet, dira proboscis.*

*Proboscis] ὀροβόσκis, rostrum elephantis, siue etiam Muscæ. Est autem pars siue corporis potrectio naribus inharès, in elephantis manus dicta, quod ea manus vice vtantur, teste Plinio & Pomponio. Dicitur putat aliqui à verbo προβοσκέν, quod est antepascere. Dicitur etiam Promuscis.*

*Hostiles equos] equos Galatarum hostium.*

*Ergo trophæa locans] Græcè τροφαίων, ἀπὸ τῆς τροφῆς, à cōuertendo, quod qui hostes in fugam conuerterat, trophæum merbatur, quod in loco publico conspicuum erat, vt victoriae signum. Primum fiebant trophæa ex arboribus decisis ramis, & truncis spolijs hostium decorato; fiebantq; vbi hostes terga verterant. Primumque trophæum ex olea cōstitutum tradit ex Dionysio in artib. Cœlius Rhodig. lib. 7. c. 19. Postea etiã ex cre lapidibusq; trophæa fabricari cepta sunt. In his trophæis hostium arma affigebantur, inciso græcum victiarum titulo. Vnde Virgilius 11. Æneid.*

*Indutosq; iubet truncos hostilibus armis  
Ipsos ferre duces, inimicæq; nomina figi.  
Eodem loco pulcherrimã trophæi defec-  
ptionem habet idem Virgilius:*

*Ingentem quercum decisis vndiq; ramis  
Cōstituit tumulo, fulgentiaq; induit arma,  
Mæxenti ducis exuuiis, tibi magne trophæi  
Bellipotentis; aptas vorantes sanguine cristas,  
Telasq; trunca viri, & bis sex thoraca po-  
situm*

*Perfossamq; locis, clypeumq; ex are sinistra  
Subligat, atq; ensẽ collo suspendit eburnũ,  
Sic etiam Iuuenalis Sat. 10.*

*Bel'orum exuuiæ, truncis affixa trophæis  
Lorica, & fracta de casside buccula pædens,  
Et curcum temone iugum, victaq; triremis  
Aplustre, et summo trillis captiuus in arcu.  
De trophæis plura habet præter alios An-  
tonius Valtrinus De re militari veterum  
Romanorum, lib. 7. c. 20.*

*Occideramus, ait] Perieramus, dixit An-  
tiochus Soter.*

*Ni nos seruasset] ni nobis victoria obti-  
gisset elephantorum beneficio.*

*Bellua fœdissima] vastissima, cōemptis-  
sima, vt referas ad verbum sequens, pu det,  
Minos legi mauile fœdissima, quam fœdis-  
sima, quæ lectio etiam tolerari potest.*

*Barrum] Barrum Nonius Marcell. ele-  
phan.*

quod.

phantem dicit: barrire enim proprium est elephantorum, inquit M. Varro. Inde barritus, talis vox. Apuleius Florid. 3. Ut est eaurorum grauis mugitus, luporum acutus vlulatus, elephantorum tristis barritus, &c. Sed & pro clamore militari vsurpatur. Veget. lib. 3. cap. 18. Clamor, quem barritum vocant, prius non debet attolli, quam acies vtraq; se iunxerit. Corn. Tacitus: Sunt Germanis hæc quoque carmina, quorum relatu, quem barritum vocant, accendunt animos, futuræq; pugnae fortunam ipso cantu augurantur. Amm. sic lib. 16. Cornuti & Bracati vsu præliorum diuturno firmati excipiunt eos, iam gesturientes barritum ciere vel maximum: qui clamor ipso feruore certaminum à tenui susurro exorients, paulatimq; adolescens, ritu extollitur fluctuum cauribus illisorum. Idem lib. 26. de Procopio ageis imperium fecit ac miserè mercato: pro terrifico fœditu quem barbari dicunt barritum, nuncupatum Imperatorem stipatumq; de more contentientes in vnum, reduxerunt ad castra. Libro 31. sic: Et Romani quidè voce vndiq; Martia cōcinentes, à minore solita ad maiorem protolli, quam gentilitate appellat barritum, vires validas erigebat.

Ut superasse inuani Vicisse vtile quidem, sed non honestum. Alluditur ad illud, *Lucrum pudori præstat*. Et quod quidam ait in Plauti Trinumo:

*Pol pudere, quã pigere præstat, totidè listeris.*  
Eudem sentium aliter extulit in Pseudolo:  
*Nimio id, quod pudet, facilius fertur, quam illud quod piget.*

IV. Imperatores ipsiq; principes saepe honesto vtile præferat. *Lysandri actus.*

HOC exemplo belli duces potissimū notantur, qui sapissimè honesto vtile anteponunt. Antigonus rogatus, quo modo essent hostes aggrediendi, dixit: Aut dolo, aut vi, aut aperte, aut insidijs. Sed improbius Lysander, qui exprobrati cuidam artetes & dolos, quibus in prælijs vteretur: Si, inquit, leonina pellis sufficere nõ possit, induenda certè vulpina est. Innuebat quidem ad artes confugiendum esse, si quid virtute parari non queat. Huic quidem Chilonis aduerfatur sententia; Damnum iniquentis præferendum esse turpi lucro: siquidem illud semel dolemus, hoc semper cum infamia durat. At vt Choræbus apud Virgillum;

---dolus an virtus quis in hoste requirat?  
quod nostris temporibus (proh dolor) in

quibus virtuti fortuna comes esse debebat, magno nostro malo plusquam satis est, experimur. Quando enim vberior virtutum copia? quando maior auaritiæ patuit sinus? Imperator Ethnicus & Barbarus fastus est se superasse hostes non vi, sed dolo, vnde & trophæum iussit erigi: plerique verò Christiani duces (quod grauati dico) sæpenumerò dolis & in sidijs hostem circumueniunt, idq; virtuti bellicæ ascribunt: nec est quod apud eos de vincendi via disputetur, qualibet Martis alea vel aperta vel insidiosa committitur: sicque, *Cura quid expediat prior est, quam quid sit honestum.*

Rex Sapor scribens ad Constantinum, apud Ammian. Marcellin. lib. 17. inter alia, tum hoc eleganter: Ideoq; Armeniam recuperare cum Mesopotamia debeo, aucto meo composita fraude præreptam. Illud apud nos numquam acceptum fuit, quod asseritis vox exultantes nullo discrimine virtutis ac doli, prosperos omnes laudari debere bellorum euentus. Isocrates in Panathenæico iniusta bella ita exagitat: *Θαυμάζει δ' ἰτινὲς τὰς μάχας καὶ τὰς νίκας τὰς παρὰ τὸ δίκαιον γενομένας. μὴ νομίζουσιν ἀισχυρὸν εἶναι, καὶ πλειόνων ὄντων μετὰς ἢ τὰς ἡττάς τὰς ἀνευ κακίας συμβαινύσας. καὶ τὰ αὐτὰ εἰδότες, ὅτι μεγάλα δύναμεις, πονηραὶ δὲ, πολὺ λάκεις γίγνονται κρείττους ἀνδρῶν σπουδαίων. καὶ κινδυνεύουσι ὑπὲρ τῆς πατρῆδος προσηρομίνων. οὐς πολὺ δίκαιοτερον αὐτῶν ἵπαινοῦμεν, ἢ τοὺς περὶ τῶν ἀλλοτρίων ἀποθνήσκοντες τοίμους ἠθέλοντας, καὶ τοὺς ἕνικοις στρατεύμασιν ὁμοίους ὄντας. τὰ αὐτὰ μὲν γὰρ ἴσιν ἔργα πονηρῶν ἀνδρῶπων. τὸ δὲ τὸς χροῦς ἐνίοτε χροῖον ἀγαθὸν ἴσασθαι τῶν ἀδικῶν βυλομένων. θεῶν ἂν τις ἀμύλιαν εἶναι φησεν.* id est: *Miror autem si qui sunt, qui prælia et victoriae præter ius et aequum partas, non esse turpiores, et pluribus plenas esse probris existimēt, quam clades sine ignavia acceptas: præsertim cum sciant magnos exercitus, quamuis sceleratos, sæpe superiores esse viris honestis, qui pro patria pugnare non dubitant: quos laudari multo sit aequius, quam eos, qui alienarum opum cupiditate mortem oppetere non recusant, conductitij militibus similes: nam hæc facta sunt hominum improborum. Quod verò boni viri nonnumquam infelicius, quam qui student iniurijs posse.*

Excursus in federis & fidei violantes principes.

Isocratis locus de bello iniusto.

Caricini ingre...

inferendis, praeliantur, id Deorum incuria fortassis est tribuendum. Rectè Theodorici apud Cassiodorum lib. 1. Variar. ad Marcellum Aduocatum filci: Non quoties, ait, superes, sed quemadmodum vincas, inquirimus. Non quaras de potestate nostra, sed potius de iure victoria: quando laudabilis à parte filci perditur, cum iustitia non habetur, &c. Non minus rectè Claudian. Honorium admonens, vt non quod liceat, sed id quod deceat in vita priuata & publica spectet:

*Non tibi quid liceat, sed quid facisse decebit  
Occurrat.*

Et Iurifconsulti tradunt non modò quod liceat, sed & quod honestum sit, vidèdum esse, l. semper, De ritu nupt. & l. 197. de verb. sign. Ego Emblematis epigraphen traduco ad curiosa hominum ingenia, que vanitatibus plerunque occupata illaudata sequuntur, spe producendæ famæ, interim neglecta virtute nunquam satis laudata, que sola immortalitati consecrat. Hinc tot extant in vitæ abusu & perniciem oblectamenta, quale est illud tormenti ænei formidabile inuentum, omni admiratione & execratione dignum, armorum fabrica & officinæ, philti, cicuta, aconiti mortifera coctura, pœnarum instrumenta & mille species, crudelis ingenij funesti partus & tyrannidis filia, nata communi orbis malo, illaudata sanè & perniciofa nò curiosa solum industria. Hæc ipsa quid inausum & intendatum transit, incredibili vanitate, & prurientis cerebri detestandis commentis; Hinc magiæ portenta, & aruspicium de liria, sortilegia & diuinationes, præstigia & impostura, & quidquid ex phantastica illa officina infantæ, à quibus natura ruinâ sui & euerfionem iam pridem metuit, cum moliantur, quæ illa nullo modo pati potest, nec attingere: dum in ipsas rerum species conantur inferre prodigiosam nescio quâ metamorphosin, & ab innaccessis mundi superioris partibus nouam quandam essentiam, quæ diuinum oculum in prima molitione vniuersi operis turpiter sefellerit, elicere, virtutis ac potentia stupendæ & admirabilis, qua pigmentis & in crustationibus aureis omnia transformat, cooperante illo suo Philosophorum lapide, Hermetis sigillo, luto sapientie, & puluisculo quodâ ex pistrino Iouis aut Mercurij. Seuerus admodum sic oportet ac ri-

gidæ frontis, qui videns in Alchymistica sua coquina talem magistrum, risum teneat. Sedit ibi mysteria artis gnauiter edoctus, cum scobe sua ac rasura cæli, inter carbones atra fuligine sordidus, sulphur olens, venena & lotia, pannosus, esuricus, solo hydrargyrio satur, ad paralyfin vsque & membrorum omnium torpedinè, stillicidio narium & oculorû perpetuò diues, vaporibus exhaustus, induratus fumo, carbonario similis, & nigerrimo Satana nigrior, nec probior fortasse, fraudum & mendaciorum architectura, quam exerceat, qui pro tribus assibus etiam animam venalem habeat & deuocet inferis, pro vno lepore viridi, aut dracone caudam suam deuorante. Sacratissima arcana sunt hæc videlicet, nec nisi artis, vt dicunt, filijs cognita, & quæ huius mysterijs initiati. Sed quid inde præter vanum tumorem & ventos, nihil: mufculi quidam & minutuli forices prodeunt ex aureis istis montibus, auro, fide, veste ridiculorum eiusmodi artificum, in fortuntis illis nugarum cauernis, corrosa ad cutem vsq; & ossa. Nihil vilius hoc hominû genere, nihil vanius, nihil flagitiosius etiã aut peruersius, vt non immeritò questionum pleriq; subijciantur, nec carnicum manus effugiant, qui vespillonis officio functi in aere sepe liunt pabula cortorum. Ab his talibus glutimina, sequestrationes, & diuerse metallorum temperaturæ, non inutili quidem (fatendum est) curiosa tamen & sumptuosa molitione, qua licet recondita & suppressa in scrinio naturæ, vita humana nihilominus ingeniosæ huius vanitatis ignata, sacra recta mansisset. Ab his cerulâ, purpurillum, sibiium, & reliqua meretricia pigmenta: ab his tincturæ & adulterationes monetarum, fucati & falsarij nummi, lapidum sigilla & imagines, stillado ab iisdem decisis sudor, oleum & spiritus, elementa ipsa (si fas credere) & inanimati anima. A pyrotechnicis ad plastica & fusoria veniamus, quæ certè non minus importuni ingenij artificia sunt, ad ostentationem pariter & libidinem inuenta. Ad speculativa deinde, quorum tot illusiones, ludibria & imposturæ, vt non tam hominem quam diabolum aliquem autorem liceat opinari: quorum tamen originem & rationem efficiendi ab Optica acutuli isti deriuant, excogitatis tot tamq; diuersis generibus, in cauo, cõuexo, plano, columnari, pyramida-

Alchymici pistrina

Optica  
vanitas

Curiosa  
hominum  
ingenia  
circa vanitates,